

R. P. D. ANTONINI

DIANA

PANORMITANI;

Cler. Reg. coram S. D. N.

ALEXANDRO VII.

*Episcoporum Examinatoris, & S. Officij in  
Regno Siciliae Consultoris.*

PRACTICÆ

RESOLUTIONES

LECTISSIMORVM CASVVM.

EDITIO VLTIMA

*Partes omnes XII. complectens;*

*Iterum, atque iterum cum Auctore collata, ac plurimis  
locis aucta, decretisque quibusdam Alexandri VII.  
locupletata.*

OS ( + ) SO

ANTVERPIÆ.

Apud IACOBVM MEYRSIVM. Anno M.DC.LXXV.

---

Sumptibus FLORIDIANISSON, Bibliopola



ILLVSTRI VIRO DOMINO D. D.

LVDOVICO AB EXEA ET DESCARTIN,  
in Senatu Aragonensi rerum Capitalium Consi-  
liario, & iam diu in omnes Regis Ministros Iudici  
Quasitori, Primario apud Cæsar-Augustanos  
Iuris Civilis Interpreti, Domino Villæ de Bal-  
dellou, & adiacentis Territorij de Salgar, & Pi-  
uella, necnon Oppidorum de Arasques,  
Hostalet, & la Plana, &c.



**D**e te, Illustris Domine, aduolat Ethica,  
tuo se credit patrocinio moralis Theolo-  
gia; suauissimis ut qui moribus ceteros in-  
struis, ipsam morum directricem protegas.  
Quæ enim multos ad Iustitiam erudit, cui  
potius, quam Tibi appenderetur, quem vel  
prima ineunte iuventâ, prima in docendo subsellia occu-  
pare, & mentes Iurisprudentiæ legibus imbueri conspe-  
ximus; quem proveciori modo ætate, iura dicere, fora  
regere, proque Iustitia strenuè decertare concernimus? De-  
buit itidem **E AXE** sibi adsciscere Patronum, quæ ani-  
mos ita format, legibusque cõformat, ut supra cæli Axes  
beatioribus sedibus inserat. Varia ergo singulos in libris,  
qui cudentur, dicendis trahant vota, vrgeant studia, hunc her-  
cule, & ipsa epitomes materia fecit tuû, & vnde quaque de-  
bitum dedicantis obsequium. Sed tanto dispar Moccenati  
tantillum munusculû. Quid ni fatear? Arrisit tamen olim  
summis viris donum per exiguum, quippe assueti cum Ma-  
cedone cuncta, vel ab exiguitatis cancellis eruta, inditâ  
sibi excellentiæ, & magnitudinis prærogativâ investire.  
Tibi ergo affero, & offero compendium istud, exiguum  
quidem mole, præstabile tamen resolutionum pondere.

A:

## ABBAS:

I.



BBATES ex privilegio ab Innocentio VIII. concessio, possunt consecrare calices, altaria, campanas, &c. non tantum ad vium suarum Ecclesiarum, sed etiam alienarum. Barboza & 4. p. 3. tr. 2. res. 15.

II. Privilegium quorundam Abbatum, conferendi minores Ordines etiam non subditis, modo fiat ex consensu Episcopi, esse revocatum per Trident. sess. 23. c. 10. de reform. affirmat Vasquez & 42. Negat Sanchez & 23. Imò & Abbates non benedictos, sed triennales, id posse, docet Bruno. Quorum resolutio videtur à S. Congreg. expectanda p. 4. tr. 4. res. 147. & p. 5. tr. 13. res. 93. & p. 1. tr. 2. res. 17. & 30. Sed nunc. Congregatio respondit, Abbates id non posse quoad non subditos, & approbavit Urbanus VIII. Imò neque Novitijs suis possunt eos conferre, quia hi non subsunt pleno iure Abbati. Henriquez & 5. Quamvis hoc affirmet Layman. p. 7. tr. 11. res. 42. & p. 11. tr. 2. res. 17. & 30.

III. Abbatem Cistercij & quatuor primos Coabbates posse etiam nunc post Concilium Trident. suis Religiosis conferre subdiaconatum, & diaconatum ex privilegio Innocentij VIII. & hoc in praxi fieri, docet Caram. & 4. Sed contrarium docet Caudit. & 4. Imò idem posse ceteros Abbates benedictos qui cum Abbate Cistercij communicant in privilegijs, docet Bruno. Ego resolutionem eius remittit ad Sac. Congreg. Nam certum est etiam Cistercienles ea potestate iam non uti. Vasquez & 2. Et quamvis illi hanc haberent, non communicaretur tamen alijs Abbatibus. p. 7. tr. 11. res. 42. & p. 11. tr. 2. res. 17. & 40.

A

IV. Pos.